


tus 2. *annal. ibi: & quo ducantur inclinationes natura, respondeant.* Vel quia aliquem à Principe, seu Protege despici noiant, vel sub specie ampliandæ potestatis, quod ubique placet, socios vel collegas, quos æmulantur, perdunt; & Reipublicæ statum confundunt; quia quantum mali adferat Senatorum contemptio, latè discit Dominus Solorcano, *dict. libro 4. cap. 9. numero 43.* non solum Reipublicæ, verum ipsi Proregibus.

21 Ex quibus visum fuit iniquè Senatorum remissum ad hæc Regna, etiam condemnatio non esset revocanda: ob quod in sententia reservatum fuit illi jus ad recuperationem sumptus; & expensarum: & absque dubio Visitator condemnatus ad eas solvendas evasisset, si citatus in actis reperiretur.



CONTROVERSIA LXIV.

De Libelli famosi reo, & an puniri Magistratus valeat ex hoc crimine, in iudicio visitationis.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
- 2 Injuriarum genera tria sunt ore, verbis, & scriptis.
- 3 Differentia hæc, legibus Hispania comprobata, & quare.
- 4 Libello famoso appetitus, nihil exstimationis amittit.
- 5 Innocens est, cui non deficit inimicus, & deficit accusator.
- 6 Libellum famosum atrocem injuriam irrogare, sed famam non ledere probatur.
- 7 Libelli famosi examinari non debent per Principem vel Iudicem.
- 8 Libelli famosi causa, non potest formari inquisitione.
- 9 Libelli famosi censentur projecti absque nomine, & non debent ad-

mitti in Senatu, vel alio Tribunali.

Indiarum Provincia calumniantibus abundat. *ibid.*

20 Epistola absque nomine, vel eo supposito attendenda non sunt.

11 Libelli famosi notitia, vana prorsus, & spernenda.

12 Libelli famosi auctor intendit examinari tanquam testis, ut fiat instrumentum probationis calumnie.

13 Libelli famosi pena propria, capitalis est.

Libelli famosi reus intestabilis manet, & infamis, ob quod nec testis esse potest. *ibid.*

14 Libelli famosi pena capitalis, de morte naturali intelligenda.

Libelli famosi pena mortis est, si crimen irrogatum ea dignum sit. *ibid.*

15 Libelli famosi pena aggravatur ex persona offensi, & aliquando extenditur ad crimen lese Majestatis.

16 Libelli famosi pena extenditur ad scribentem.

Libelli famosi pena extenditur ad divulgantem. *ibid.*

Ad invenientem & non lacerantem. *ibid.*

Ad servantem aliisque legentem. *ibid.*

Ad pingentem, vel typis mandantem. *ibid.*

Libelli famosi auctores hi omnes presumuntur, nisi auctorem ostenderint. *ibid.*

17 Si auctorem non ostendant, an mitius puniendi.

18 Carmina, & epigrammata famosa componens, eadem pena tenetur.

Libelli famosi & Carminum satyricorum origo, ad Comedias Græcorum refertur. *ibid.*

Caentes

Canentes carmina famosa, eadem pena puniendi. *ibid.*

Concionatores de injuria tenentur, si non vitia, sed personas, nominatum, odio habeant. *ibid.*

19 Libelli famosi auctor non excusatur probando, quæ in eo dicuntur.

20 Lege Hispana hæc dispositio juratur.

21 Libelli famosi pena, neque moderatur ex probatione contentorum.

22 Visitatores inquirere possunt de quocumque crimine Magistratus.

23 Visitatores vices, & voces Principis habent, & liberum arbitrium.

Solemnitates juris civilis sublata in visitationibus. *ibid.*

24 Inquisitio generalis odiosa semper, præterquam in Magistratus.

25 Actio injuriarum à parte proposita, non tollit effectus inquisitionis.

26 Extante accusatione, potest fieri secreta inquisitio.

27 Visitationi iudicium ad quid introductum.

28 Magistratus in commissis extra officium, jure privatorum, puniendi sunt.

29 Etiam si colore officii aliquid fiat. Libelli famosi crimine carmine confecti, nihil ab officio habent. *ibid.*

Secretus modus procedendi cessat, si pena corporalis imponi potest.

30 Secreta inquisitio cessat, extante accusatione.

31 Crimen ex secreta inquisitione ressaltans, remitti debet ad iudicium publicum accusationis.

32 Text. in l. 41. tit. 4. lib. 2. recopil. explicatur.

33 Protestatio partis non relevat, si est contraria facto.

D.D. Laur. Matth. De Re Crim. P. 11.

Parti non potest suo facto mutare naturam iudicii. *ibid.*

34 Magistratus durante officio inquisitus, potens dicitur, ad intimidandos testes.

35 Irregularitates visitationis plures introductæ ea de causa.

36 Text. in leg. 11. tit. 17. part. 7. ad rem expenditur.

37 Traditio Capitulorum, citationis vices sustinet.

Repetitio testium suppleri valet, ex consensu partis. *ibid.*

Consensus Magistratus non potest supplere solemnitates juris, si pena corporalis imponenda est. *ibid.*

Denegatio supplicationis in iudicio syndicati cessat, si pena corporalis imponatur. *ibid.*

Nemo dominus membrorum suorum est. *ibid.*

38 Supplicatio concedenda in iudicio secreto syndicati, si pena corporalis imponi possit.

Remissoria ad examinandos testes cessat, quoties pena corporis afflictiva subtrahere potest. *ibid.*

39 Repetitio testium non potest suppleri ex consensu partis, si ea pena imponenda veniret.

40 Pena aggravatur, si reus criminis Magistratus sit.

41 Differentia iudicii syndicati, à visitatione.

In syndicato nomina testium edi debent. *ibid.*

42 In visitatione neque nomina, neque dicta.

43 Jdex inquisitionis Regni Aragonum, nuncupatus de enquetas procedit juris ordine servato.

44 Deciso Senatus

Nus ex Magistratibus Novi Orbis, in iudicio visitationis inquisitus fuit, de libello famoso, oratione composita facto, contra superiorem; cuius Procurator in eo accusationem posuit, cum protestatione secreti iudicii, dubitabat an in visitatione hæc crimina puniri, vel inquiri valeant.

In primis suppono, quod injuriarum tria genera reperiuntur, nempe re, verbis, & scriptis. De duobus primis aliqua dixi, *suprà* 1. parte *controvers.* 29. ex numero 23. quam distinctionem tradunt Farinac. *questione* 105. numero 4. Anton. Matthæi, *lib. 47. ff. titulo 4. capite 1. numero 1.* Berlich. 5. parte, *conclusionem* 59. ex numero 1. Carpov. parte 2. *questione* 94. numero 1. & *questione* 98. numero 1. & 2. Et licet aliqui hunc modum injuriandi ad verbalem injuriam referant, sicut illa injuria, quæ sit nutu, signo vel tuipti pictura: tamen ratione gravitatis verè differunt, ut probat Textus Hispanus, in *lege* 13. tit. 9. part. 7. ibi: *Porque el mal que los omes dicen unos de otros por escrito, o por rimas, es peor, que aquel que dicen de otra guisa, por por palabras; porque dura la remembrança dello para siempre.* Quam rationem notant in terminis Petrus Gregor. *lib. 38. syntagm. cap. 6. numero 1.* Don Joann. Vela, *de delict. part. 1. cap. 16. numero 29. in finem.* Tradunt prælibatam differentiam Dominus Gregor. Lopez, in *dict. leg. 3. & in leg. 1. tit. 9. part. 7.* Pert. Plaça in *epitom. delictor. cap. 3. numero 2.* Anton. Gomez, *lib. 3. var. cap. 6. numero 1.* Dominus Covarruv. *variar. lib. 1. cap. 11. numero 1.* Vela, *de delict. dict. cap. 16. numero 3.* Cevallos, *comm. contr. com. quæst. 821. numero 21.* Azevedo, in *Rubr. tit. 10. lib. 8. recopilat. numero 19.* Pichard, in *manuduct. part. 3. §. 4. numero 72.* Pradilla *de leg. pæna. parte 1. cap. 42.* Escobar, *de purit. probat. part. 2. questione 2.* Aylon, *ad Gomez dict. cap. 6. numero 2.* Sed quia in hoc crimine plura specialia disposita reperiuntur, ad uberiorem dicendorum intelligentiam aliquas tradam conclusiones, quæ juris apertissimis fundamentis nituntur.

Prima conclusio est, quod libello infamatorio appetitus, nihil existimatio- nis amittit: neque ejus fama ad effectus

juris, vel apud probos in aliquo laborat. Quod clarè probat Textus, in *lege unic. C. de famos. libell. leg. 1. & 6. C. Theodos. eodem titulo.* Cujus rei rationem eleganter tradit Imperator Constantinus, in *dict. lege 6.* dicens: *Nam, & innocens creditur cui desuit accusator, cum non desuerit inimicus.* Quæ doctè de more illustrantur per Jacobum Gothofredum, in *his juribus.* Neque huic conclusioni obstare possunt verba Textus Hispani, in *dict. leg. 3. titulo 9. parte 7.* ibi: *Reciben gran deshonra aquellos contra quien es fecho.* Quia nomen illud *deshonra* de injuria interpretari debet; nam libello famoso appetitus atrocem injuriam patitur, Text. in *lege prætor edixit, 7. §. atrocem cum similibus, ff. de injur.* Anton. Matth. *lib. 47. tit. 4. cap. 1. numero 6.* Non autem de læsione famæ, sive existimationis inter probos, & honestos, quia hæc non pendent à lingua, vel penna maledicentium, cum ex personis hominum dicta pensentur: ut dixit Imperator in *leg. unic. Cod. si quis Imper. maledix.* de quo videndus Jacob. Gothofred. in *leg. unica, Codice Theodos. eodem titulo, vers. in hæc autem.*

Secunda conclusio est, quod libelli famosi crimina, sive ea quæ in ipsis irrogantur, examinari non debent, Text. in *lege 4. Cod. Theodos. h. titulo.* Et ratio est, quia nullam fidem merentur; dum carent nomine auctoris, Text. in *l. nemo 6. Cod. Theodos. eodem titulo, idem probat Text. in cap. inquisitionis, §. tertio de accusat. ibi: Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occul- ro procedendum est ad inquisitionem, super contentis ibidem criminibus faciendam.* Tradunt hanc saluberrimam doctrinam Speculator, *titulo de Magistrat. §. 7. numero 10.* Baiard. *ad Clar. in §. fin. quæ- stione 73. numero 42.* Menoch. *consil. 94. numero 10.* Bobadilla, *lib. 5. polit. cap. 2. numero 77. cum sequentibus,* Dominus Gregor. Lopez, in *dict. lege 3. titulo 9. part. 7. gloss. 5.* Cevallos, *dict. quæstio- ne 821. numero 20.* Mastill. *de Magistr. lib. 2. cap. 2. numero 47.* Dominus Solorçan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. capite 8. numer. 17. & 37. & lib. 5. politic. cap. 10. §. 1. de istos mismos, Berart. in specul. visit. capite 5. ex numero 63.* Dominus Valen- guel. *consil. 110. numero 5.* Carrasco, *ad leg. Regn. cap. 4. numer. 9. & §. 1. numer. 7.* Dominus Larrea, *decis. Granat. 98. nu- mero*

mero 43. & allegat. fiscal. 101. num. 20. cum sequentibus, ubi plura ad rem. In iure nostro Hispano idem cautum est, per Text. in *lege 64. titulo 4. lib. 2. recopilat.* Quo clarè præcipitur, ne hujusmodi libelli absque subscriptione admittantur in aliquo Senatu, Tribunali, universitate, vel iudicio. Quæ omnia maxime conducunt ad Indiarum gubernationem; quia in illis remotis Provinciis plures malevoli, erronei, & calumniantes reperiuntur, qui regios Magistratus ardentissimo odio persequuntur. Vel quia solum ferax est hujusmodi iniquitatis; vel quia cælum benignos influxus, quibus pretiosissima metalla gignit, his acerbis calamitatibus compensat. Hi enim sumendo an- sam, quam præbet ingens distantia, quæ detectionem fraudis difficiliorem reddit, non veniunt famosos libellos in Regios Magistratus scribere, sub forma epistolarum, de turpissimis criminibus eos accusando apud Principem, & Senatorem, ut accuratè perpendit Dominus Solorçano, *dict. cap. 8. n. 17. cum sequentibus.* Aliquando etiam nomine usurpato alicujus viri jam vita functi, vel Religiosi, qui in rerum natura non existit. Si enim his, & similibus, fides aliqua deferatur, dum criminosis iudicis correctio quaeritur, integerimi depressio resultabit. Quare licet aliqui, ex Doctoribus relatis teneant, quod similes libelli non sunt omnino despiciendi, saltem, ut notitix ab eis mutuate inquiri possint extrajudicialiter; lex nostra dum excludit admissionem, ibi: *No se admitan memoriales que no se den firmalos de persona conocida:* excludit hæc omnia, propter plurima mala, quæ ex eorum examine procedere solent, quorum aliqua perpendunt Doctores relati, signanter Larrea, *dicta allegatione 101. serè per 10. tum.* Quibus addendum credo, quod in Libellis, sive Epistolis quæ ex Novo Orbe mittuntur contra Magistratus absque subscriptione, vel nomine supposito, isti malevoli delatores, ipsis sagaciter procurantibus, examinari solent tanquam testes, ut fiant instrumenta calumniæ, ab eis dolosè exco- gitata: quod non semel ex actis resultat. Ex quibus, licet ob magnam distantiam fas sit aliquando leges transgredi, æquius crederem, quod dummodò no-

men delatoris non exprimat, & nota sit manus illius, & persona ex eis quæ fidem merentur, juxta dictum Textum nulla prorsus fides adhibeatur, neque ad inquisitionem incipiendum, aut visitationem decernendam, neque ad extrajudicalem notitiam procurandam. Et adhuc his concurrentibus, prudenter inspici debet quo animo, quove effectu similis delatio fiat.

Tertia Conclusio est, quod libelli famosi pœna capitalis est, ab antiquissimo tempore. Nam lege duodecim Tabularum jam imposita hæc pœna reperitur; ut probatur *ex lege 53. quam optime explicat Franc. Balduin. in dict. lege 53. duod. Tabul. in tract. de legibus Romul.* Et quanquam de jure Digestorum exploratum non habeamus, an eadem pœna admitta fuisset, nam Textus expressus non reperitur, lege Cornelia de injuriis tenet probat Textus, in *lege lex Cornelia 5. §. si quis librum, ff. de injur. & licet Ant. Matthæi. lib. 47. ff. titulo 4. cap. 2. numero 4.* pœnam pecuniariam fuisse dixerit, ex famoso libello rem severius vindicari auctoritate Senatusconsulti, probat Textus, in *lege, quod Senatusconsultum 6. ff. eodem, ibi: publica quæstione rem vindicari.* Quæstio enim non nisi pro gravioribus criminibus habenda est. Text. in *lege editum 8. ff. de Quæstionibus & ut explicat Giurba *consil. 91. numero 19.* nisi pœna sit supra delegationem, ex quo inferitur, quod dum Consultus, in *dict. lege Senatusconsultum, ait quod publica quæstione res vindicanda est, clarè sequitur, pœnam esse supra delegationem, ac per consequens capitalem.* Quod verba edicti contenta, in *dict. lege editum demonstrant, ibi: & cum capitalia, & atrociora maleficia.* Remanet etiam aliud vestigium hujus severitatis, in *dicta lege lex Cornelia 5. §. si quis librum ff. de injuriis, & in lege ob carmen 21. ff. de test.* Dum qui composuerit, emisserit, legerit, vel publicaverit libellum famosum infamabilis fit & infamis, ob quod nec testis esse potest, Text. in *lege cam lege 26. ff. qui testament. facer. poss. quæ omnia suadent acerbiteratam pœnæ eo jure statutæ. Tempore Imperatorum expressa pœna capitalis imposita reperitur, Textus, in *dicta lege unic. Cod. de famos. libell. & in lege 7. & finali, Cod. Theodos.***

eodem titulo. Ex quibus juribus, bene inter se collatis, dubium non remanet, an hæc pœna capitalis, intelligenda sit de morte civili, vel naturali. Quia licet, in dicta leg. unica, dicat Imperator, *Capitali sententia subjugandum*, quæ etiam habentur, in dict. leg. 7. Tamen hæc loquutio de morte naturali expressis verbis interpretatur, in dict. lege fin. ibi: *Oliorem suis cervicibus gladium reformidet*. Nam pœna gladii, nequit adaptari deportationi, relegationi, aut alteri modo amittendi civitatem, sed morti naturali, ut ait Ulpianus, in lege aut damnus 8. §. 1. ff. de pœn. ibi: *Via admittitur, ut puta si damnetur aliquis, ut gladio in eum animadvertatur*. Quod capiendum cum temperamento, gloss. in dicta leg. unica, nempe ut procedat si crimen irrogatum in libello pœnam capitalem meruerit, quod lege Hispana expressè cautum est, ut in dicta lege 3. titulo 9. parte 7. dicitur; Et sic docent Dominus Gregor. Lopez, ibidem gloss. 2. Plaça, dict. cap. 3. numero 1. vers. *verum pramissa*. Anton. Gomez. dict. capite 6. numer. 1. Vela, dict. cap. 15. numero 31. Gutierrez, dict. cap. 141. numero 1. Et iuris communis interpretes eandem glossæ interpretationem probant, ut Jul. Clar. dict. §. *injuria*, numero 25. ubi Baiard Fatinac. dict. *questione* 105. numero 422. Petr. Caball. cas. 271. numero 6. Anton. Matthæus, dict. titulo 4. cap. 2. numero 5. Berlich. dict. conclus. 68. n. 9. & Carpzov. d. q. 89. ex num. 6.

15 Quæ quidem pœna aggravanda est si famosus libellus contra Principem, vel ejus Vicarium, aut alium ex supremis Magistratibus fiat, vel edatur. Nam his, & aliis similibus casibus in crimen læsæ Majestatis transfunditur, Textus, in lege 1. §. 1. lege 6. cum sequentibus. ff. ad leg. Jul. Majest. docent Farinac. dict. *questione* 105. numero 478. Anton. Matthæus, dict. titulo 4. cap. 2. numero 6. in fin. Caball. cas. 235. numero 22. Berlich. d. conclusione 67. numero 69. Villosa, in disert. juridic. de mort. Pror. argum. 2. 3. 4. & 5. Et in terminis Indiarum, Præsul Chilensis Villaroël, part. 2. gubern. Eccles. politic. quest. 11. artic. 3. numero 22. Et cum sub hac dispositione comprehendantur facientes, legentes, retinentes, invenientes, & non lacerantes, atque pingentes pasquillos, ut probat

Carpzov. dict. *questione* 98. numero 2. quid dicendum de his clarè resultat; & licet Princeps soleat hæc sapius despiciere, vel ratione contenta in leg. unic. Cod. si quis Imperator. maledix. Vel quia boni Principis sit censura subijci tantquam ea, quæ quod turpe sit, & indecorum aceuset infamiam divulgatione, ut pluribus probare conatur Dominus Saavedra, symbol. politic. 14. licet improbet Solorzano, emblem. 49. ex numero 4. Verùm in Magistratibus rationem instrucendarum aurium veritate pura, cessare est compertum, sicque legis dispositionem observandam sequitur.

Quarta est conclusio, quod hæc pœna capitalis non circumscribitur ad facientes tantum, sed comprehendit scribentes, divulgantes, invenientes, & non lacerantes statim, retinentes, typis mandantes, & pingentes, ut habetur in dict. lege 7. & 9. Cod. Theodos. & in dict. lege unic. Et ratio est, quia quilibet ex his auctor maleficus præsumitur, dum auctorem non ostendit, ut Imperatores in his juribus clarissimè rescripserunt: Sed in iis, & similibus placet interpretatio plurimorum Doctorum scribentium, pœnam capitalem de morte civili intelligendam; quia dum verus auctor pœna mortis naturalis puniendus est, præsumptus leviori pœna plecti debet, ut cum Bursat. Bertazol. & aliis tenuerunt Berlichius dict. conclusione 68. numero 44. & Carpzov. dict. *quest.* 98. num. 20. Extenditur etiam pœna mortis ad componentem Carmina, seu Epigrammata famosa, vel Satyrica, & ad eanentes. Imò in exordio juris, apud Romanos contra eos principaliter imposita fuit, ut probat, dict. lege 53. duodec. Tabul. cujus verba tradit Balduinus, ubi supra, sub his verbis: *Si quis avertiverit, sive Carmen condiderit, quod infamiam flagitii umve, alteri precetur, capite punito*. Quæ verba concordant aliquantum cum dict. lege ob Carmen 21. ff. de testibus, & omnimò cum jure Hispano, in dict. lege 3. ibi: *faciendo cantigas, o rimas*. Quod indutum ex eo, nam origo famosorum libellorum dimanat à comœdiis Græcorum, in quibus licitum erat cujusvis nomen, & famam lædere, ut explicat Balduin. in dict. lege 53. ex numero 3. rationem tradens, ibi: *Judicis enim ac Magistratum disceptationibus legitimis præpess*

propositam vitam, non Poëtarum ingenii habere debemus, nec probum audire, nisi ex lege, ut respondere liceat, & judicio defendere. Cujus criminis rei fieri possunt sacri oratores, quia injuriam atrocem inferre possunt, casu quo odio indulgentes, non tam vitia, quam personas notaverint in concionibus, argument. Text. in leg. aut facta §. *causa*. ff. de pœnis, leg. apud Labonem 15. §. *adjectur* 38. ff. de injur. lege 5. §. *fin. cum leg. sequenti*, ff. ad leg. Aquil. cum aliis adductis per Anton. Marth. dict. titulo 4. cap. 1. num. 7. Julius Clar. in dict. §. *injuria*, num. 1. vers. *vel prædicator*. Berlich. dict. conclus. 59. numero 31. & conclusione 60. numero 8. Est convictum nomine personæ expresso dicatur, dubitari nequit actione injuriarum teneri, quia animo corrigendi fieri non potest, sed punitio pertinet ad Judicem Ecclesiasticum. De quo videndus Pater Avendaño, in thesaur. judic. parte 1. tit. 4. cap. 10. ex numer. 105. §. & 3. per totum.

Quinta Conclusio sit, quod auctor 19 famosi libelli non excusatur à pœna, etiamsi vera sint crimina in eo objecta, & ea probare possit. Quia si per hujusmodi probationem excusaretur, nihil differret à legitimo accusatore, sic probat Textus, in dict. lege unic. & in leg. 1. Cod. Theodos. h. titulo. Neque huic conclusioni obstant, leg. 2. & dict. leg. 7. Cod. Theodos. dict. titulo. Nam de accusatoribus crimina expresso nomine solemniter deferentibus, hæc jura tractant, ut in dict. leg. unica: non obscure exprimitur. Quia de causa excusari à pœna offerentem libellum ipsi Principi, continente alterius crimina disceruit Caballus, dict. cas. 271. ex numero 1. De jure Hispano hæc conclusio clarè 20 procedit, per Text. in dict. leg. 3. ad fin. ibi: *Ca maguer quiera probar a quel que fizo la cantiga, o rima, o ditato malo, que es verdad a quel mal, o denuesto que dixo, de a quel contra quien lo fizo, non deve ser oido*. Ita ut non solum non excusetur, verum hanc exceptionem proponens non audiarur. Tenent hanc conclusionem omnes Doctores adducti supra. Et licet aliqui cum Berlich. dict. conclusione 67. numero 33. & Carpzov. dict. *questione* 98. numero 41. teneant quod mitius puniendi sint, qui probaverint; ex quo multi inferunt hodie

pœnam arbitrariam esse, ut probare conatur Farinac. dict. *questione* 105. numero 426. Sed major pars eorum docet, à pœna ordinaria non esse recedendum, nisi libellum fiat contra personam inhonestam, ut meretricem, histrionem, & similes, quod extante nostra lege 3. dubium non admittit, si crimen objectum eam pœnam meruerit, ut dixi. Et utcumque sit semper ex hoc crimine pœna corporalis debetur, ut ictus funis, verberum, tritremium, & similia. De quo non dubitant Clar. Farin. Ant. Marth. Berlich. & Carpzov. in locis adductis.

His suppositis, ut jam ad nostram 22 Controverfiam deveniamus, videbatur dicendum, quod in judicio visitationis Magistratus de quo agimus, poterat inquiri, & condemnari de quocumque crimine ab ipso patrato, ratione amplissima commissionis visitatori attributa, ad inquirendum de omnibus criminibus à visitando commissis, cum Principis vicees, & voces, virtute illius obrineret, quæ absolutam potestatem ostendunt ex doctrina Barthol. in lege *creditor*, §. *Lucius*, ff. *mandat.* quæ amplectuntur Menoch. de arbitrar. *questione* 7. ex numero 61. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 2. numero 4. cum sequentibus. Docendo, quod per hoc sublata censentur omnes solemnitates juris civilis per Text. in lege *ea quidem*, Cod. de accusat. qualis est, quod hoc, vel illo modo de crimine cognoscatur. Et licet odiosa semper habita sit inquisitio generalis, ut ex Maranta, Domino Gregor. Lopez & aliis probat Bobadilla, lib. 3. polit. cap. 15. ex numero 100. quibus addendi Clarus, 24 in praxi, §. *fin. questione* 6. in princip. & numero 6. & Carpzov. part. 3. pract. crimin. *questione* 103. num. 25. Hæc regula non procedit in causis Magistratuum, & Judicum, contra quos nulla præcedente diffamatione, seu indicio fieri inquisitio generalis potest, ut ex Amadeo, Redin. & aliis probat idem Bobadilla, lib. 5. cap. 1. num. 122. Et ratio est, quia generalis inquisitio instituta fuit ad percipiendum statum Provinciæ, vel civitatis. Text. in cap. *sicut olim de accusat.* cum aliis adductis per Dominum Joann. Vela, de delict. 2. parte, cap. 3. num. 2. & Augustinus Barbof. in collect. Text. num. 4. & cum status Provinciæ, vel Civitatis, ut plurimum

num consistat in recta administratione Magistrarum; inde est, quod odiosa hoc in casu non habeatur, sed favorabilis. Et quanquam negari non possit quod ex libello famoso actio injuriarum refultat ei, in quem factum, evulgatumque fuit, per hoc non tollitur jus publicum, ut secreta inquisitione probetur, & discutatur, exemplo actionum: nam quoties in jure variæ; & plures ex eodem facto oriuntur, utraque agi potest per Textum, in leg. 1. ff. furt. arbor. cas. cum aliis adductis per Larream, decisione Granat. 98. numero 4. Præcipue quando à Magistratibus hæc crimina perpetrantur, quia dum subditis exemplum virtutis dare tenentur, gravius delinquant, scandalum eis præbendo, ut ipse Larrea probat numero. 2. Qui numero 5. expendit ad rem Text. in l. 41. titulo. 4. lib. 2. recopilat. adducens ad comprobationem Doctrinam Bobadilla. dict. cap. 1. numero 218. & Azevedo lege 13. titulo 7. lib. 3. numero 7. qui clare tenent, quod etiam extante iudicio publico accusationis, potest, & debet fieri, & terminari secreta inquisitio, quod comprobatur cum Angel. Alberic. & Avendañ. cum autem inquisitio facta fuisset per visitatorem instante parte læsa, quæ non in publico iudicio accusaverat, sed in eo secreto; rectè factam inquisitionem concludendum apparebat, & procedendum ad condemnationem, quæ faciendâ erat in Senatu, de cujus potestate, dum iudicatio nomine Principis ad instat factilegi esset dubitare, Text. in leg. 2. Cod. de crimin. sacrileg. plura de præstantia hujus Senatus per Dominum Solorzano, de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 12. per tot.

Verum his non obstantibus contrarium dicendum esse afferebatur, quia ratione criminis famosi libelli in iudicio irregulari visitationis non poterat inquiri, neque condemnari reus, quia iudicium hoc institutum fuit ad instruendum animum Principis de gestis per Magistratus in administratione officiorum, ut omnes nostri Doctores scribunt, ut deducitur ex Text. in lege 11. ad finem tituli. 1. part. 7. ibi: *Entonce el Rey de su officio debe pesquirir e saber la verdad*: & cum exorbitans sit ratione modi procedendi, non potest nec debet extendi ad ea quæ per Magistratus operantur extra muneris administrationem,

quia tunc non Magistratus, sed homo privatus delinquit: sic probant Textus, in lege 3. Cod. quor. appell. non recip. ibi: *Nisi in eo tantum negotio quod ratione civili, super patrimonio forte, apud proprium iudicem inchoaverit, in lege 2. Cod. ubi de ratio. ag. oport. ibi: Omniumque enim super huiusmodi causis publicis quas dum militaret exercuit, vel super rationibus militaribus per quæ suos contubernales afflixisse asseruit in militari oportet iudicio respondere, in lege 3. S. eodem modo: ff. naut. caupon. & stabul. ibi: Ceterum si extra negotium receperint, non tenebuntur. Et ratio est, quia in his quæ extra muneris exercitium parantur, communi lege iudicandi sunt, Text. in l. 1. Cod. ubi Senat. vel clarif. ibi: *juxta Provinciam in qua facinus perpetravit publicis legibus, subijgetur.* Docent Barthol. in lege debet ultim. ff. naut. caupon. & stabul. Baldus, in l. 4. proficisci, ff. de offic. Procons. Salicetus, in dict. leg. 2. Cod. ubi de ratiocin. Jason. in leg. unica, Cod. ut omni. iudic. tam civil. quam crimin. Hippolit de Marfil. singul. 560. num. 5. Bertachin. verb. officialis syndicus, numero 20 cum duobus sequent. Angel. in dict. leg. 3. Cod. ubi de ratiocin. Bobadilla, dict. cap. 1. num. 7. Anton. Faber. in ratiocin. dict. leg. 3. S. eodem modo, Scluse, in respons. de syndicat. post tract. de inhibiti. numer. 121. Felin. in cap. ad versum de appellat. in fin. Bardaxi, ad for. Aragon. in for. unic. de privil. general. vers. quoad terrium, Berart. in speculat. visitat. cap. 10. num. 62. Azevedo, in lege 2. dict. titulo 7. lib. 3. num. 8. Farinac. questione 101. num. 53. Augustinus Barbos. de potestate Episcop. allegatione 74. num. 19. Gratian. disceptat. forens. tom. 4. cap. 727. num. 3. late Larrea, dict. decis. 98. num. 60. cum sequentibus, Salgado, de reg. protect. part. 3. cap. 8. num. 6. & novissime Don Joann. Chrysof. de Bargas Regius Consiliarius in Neapolitano Senatu, in considerat. syndicat. tom. 2. parte 8. considerat. 9. ex numer. 3. quo probatur, quod delicta extra munus, etiam si colore illius fiant, non spectant ad cognitionem Judicis syndicatoris, quod intelligerem, dum auctoritate officii non abutatur. Cum enim crimen famosi libelli non sit eis, quæ in exercitio officii committuntur, neque auctoritas muneris interposita fuisset ad eum committendum, quia carmina satyrica compe-*

nere, nullum commercium habet cum iudicatura, neque auctoritate officii eget, ut elegantiora reserent; neque is in quem dirigebantur subijceretur jurisdictioni conscientis, ut aliqua concussio, sive extorsio præsumi posset in ipsa divulgatione libelli; clarè sequebatur, quod delictum extra officii exercitium paratum fuit, ac per consequens puniendam esse iudicio ordinario, ut dixi controvers. precedenti, num. 9. dum de delictis commissis extra officium tractavi.

Secundò, quia ratione hujus criminis aderat partis læsæ formalis accusatio, prosequendo suam injuriam, ut dixi: sed extante accusatore cessat remedium extraordinarium secretæ inquisitionis, tum ex regula generali, quod extante remedio ordinario, extraordinarium opus non est, ex lege si apud minorem 12. lege in causa 26. ff. de minor. cum aliis adductis per Dominum Crespi. Observat. 1. num. 323. cum sequentibus, tum ex Textu, in lege accusante 13. ff. de public. iudic. docent Anton. Gomez, lib. 3. variar. cap. 1. numer. 50. Aviles, in capit. Prator. cap. 4. gloss. 1. numero 11. Azevedo, in dict. leg. 13. titulo 7. lib. 3. num. 7. Larrea, dict. decisione 98. ex num. 69. Carpozovius, dict. 3. parte, questione 103. num. 21. & questione 107. ex num. 38. Imò casu quo in secreta inquisitione aliquid probatum sit, de quo reus accusatus reperiretur, decisio remittenda est ad publicum iudicium, ut notat Practicus Monteroso, tractat. 9. §. La orden que ha de tener el Juez, vers. otro si en la dicha residencia secreta, Bobadilla, dict. cap. 1. num. 238. ad fin. Vela, dict. cap. 3. num. 9. Larrea, dicta decisione 98. numero 7. & num. 14. quo decisionem Senatus Granarentis tradit, & num. 77. & Textum, in d. lege 41. titulo 4. lib. 2. recopilat. optimè interpretatur, ita ut si crimen in officio commissum sit, ex secreta inquisitione puniatur; si verò extra officium ad publicam cognitionem remittendum sit: quo pacto explicandi sunt Bobadilla, dict. numer. 238. & Evia Bolasos, in Cur. Philipp. part. 4. §. 1. num. 1. Cum autem in nostra specie ageretur de crimine commisso independente ab officio vel illius auctoritate, & adesse accusatio formalis partis læsæ, remittenda cognitio erat ad iudicium ordinarium

quia extraordinarium inquisitionis remedium excluditur per accusationem, ut probat Carpozovius, dict. quest. 107. numero 30. in tantum, ut si aliquo in casu cumulanda hæc remedia sint, inquisitionis convertitur in ordinarium, ut probat Don. Joann. Vela, dict. capite 3. numero 9. Neque hoc impediri poterat per protestationem partis, factam in eadem accusatione, nempe se prosequi tantum injuriam suam intendere in iudicio secreto; quia tanquam contraria facto attendenda non erat, Text. in leg. cum in plures, §. locator, ff. locat. cum aliis adductis per Barbos. axiomat. 194. numer. 1. & post eum per nostratem Iranzo, de protestat. considerat. 32. ex numero 1. Contraria enim sunt accusationem proponere, protestando quod accusationis iudicium non observetur, cum idem sit nolle, quod substantialia iudicii non habeant locum. Neque in potestate partis esse potest, quod natura iudicii jam instituti immutetur, in præiudicium alterius; Textus in lege edita actione, Cod. de edendo, cum aliis adductis per Larream, dicta decisione 98. numero 10.

Tertio, quia secretus modus procedendi cessat, quoties pœna corporalis imponi potest ex delicto de quo agitur, ut referunt Practici Monteroso, ubi supra, & Hieronym. Herrera, lib. 2. pract. crimin. cap. fin. num. 37. Nam hic modus procedendi, per ulum nostrorum Regum introductus fuit, ad comprimendam summam auctoritatem, quam Magistratus, si non bene morigerati sint usurpare possunt, dum munera administrant: & quia durante officio potentes iudicantur ad opprimendos testes de eorum excessibus deponentes. Ob quod neque nomina, neque dicta edenda sunt, nec Rei citandi, ad examen, neque repetendi sunt iis citatis, neque sententia fertur ab ipso Visitatore, sed actis subsignatis (Reo intra dilationem sibi datam super capitulis audito) ad Principem remissis, unica sententia causa dirimitur in Senatu; absque provocatione, vel recursu. Quæ procedendi praxis deprompta est ex lege 9. titulo 17. parte 3. ibi: *Deven se la embiar cerrada e sellada, con sus sellos*: & ex l. 11. eodem titulo, ibi: *Pero si el Rey, o otro alguno por el, que mandasse facer pesquisas sobre conductos tomados, entonces non deven mostrar*

manstrar los nomos nin los dichos, idem ferè habetur in leg. 12. tit. 19. lib. 4. for. legum, & in leg. 4. titulo 1. lib. 8. recopil. de quo videndi Dominus Gregor. Lopez, in dict. leg. 11. gloss. 2. Montal. in dict. leg. 12. & Azeved. in dict. lege 4. Gutierrez, in pract. crimin. quest. 1. num. 4. & Pichard. in manu. duct. parte 3. §. 2. num. 5. Qui licet hæc jura interpretentur de inquisitione generali, hoc non obstat, quo minus praxis visitationis ab eis desumpta sit: quam modo prædicto tradit Dominus Solorçan. dict. cap. 8. numero 11. Sed punitio solum se extendit ad privationem officii. Quæ sustineri poterant in omni causa, tum quia solemnitates juris sublatae sunt in inquisitione per Textum, in lege ea quidem, Cod. de accusat. ut notant Gomez, dict. cap. 1. num. 51. Mastril. d. cap. 2. num. 4. & Carpovius d. quæstione 103. num. 21. Tum etiam quia, licet substantialia regulariter requirantur, hæc suppleri possunt dum ea quæ de jure naturæ inesse debent, non deficiant. Et tandem quia dum inquisiti potentes sunt, nomina, neque dicta eduntur, ne damna, vel scandala oriantur, ut docet Dominus Gregor. Lopez, in dict. leg. 11. gloss. 2. Et Magistratus tales exultimantur, ut dixi. Citatio enim fit per publicationem visitationis, & traditionem Capitulorum, ut cum Barr. Bald. & aliis probat Bobadilla, dict. capite 1. numero 122. Repetitio testium suppleri videtur ex consensu partis, præstito in admissione officii, huic judicio obnoxii; quæ fieri posse probat Text. in dict. leg. 11. titulo 17. part. 2. in fin. Denegatio secundæ instantiæ per Text. in dict. lege 3. Cod. quor. appellat. quantumvis officio exuatur, quia hoc facere Princeps potest Magistratu non audito, vi clausulæ concessionis, ibi: *mera & libera voluntate durante*, ut docet Dominus Crespi, observat. 7. per tot.

Attamen communis praxis admissum labor, quod consensus Magistratus, ex quo irregularis modus procedendi in his judiciis visitationis sustinetur, ut docet Larrea, dict. decisione 98. num. 23. non extendatur ad crimina ex quibus pœna capitalis, vel alia gravis, corporis afflictiva, imponi potest. Quia nemo dominus membrorum suorum est, Textus, in leg. liber homo, ff. ad leg. Aquilian, leg. non tantum. ff. de pœn. cum vul-

gatis adductis, per Barbof. axiom. 147. num. 1. Ob quod, si pœna corporalis imponi potest, plenariæ defensionis facultas Reo conceditur, quæ neque per Principem tolli potest, pluribus Guazz. defensione 29. cap. 4. per totum. Et quantum in judiciis secretis, regulariter supplicatio denegata sit; si de pœna corporali imponenda tractetur, expressè concessa est, in leg. 57. tit. 4. lib. 2. recopilat. sic similiter quamvis remissoria ad examinandos testes judici permilla sit, etiam in secretis inquisitionibus, pœna corporali subintrante, examinandi testes omnino per Judicem sunt. Textus, in lege 27. tit. 16. part. 3. ubi Dominus Gregor. Lopez, gloss. 3. & 4. Avendaño, de exec. mandat. part. 2. capite 17. numero 3. Bobadilla, dict. cap. 1. num. 49. Pariter quamvis ex consensu partis repetitio testium omitti possit, in dict. leg. 11. fallit si agatur criminaliter ad pœnam corporalem Dominus Gregor. Lopez, dict. gloss. 3. Avendaño, Respons. 11 num. 3. Anton. Gomez, variar. lib. 3. cap. 13. numero 33. Vela, dict. part. 2. cap. 8. num. 6. cum duobus sequentibus. Et hoc jurè utimur. Cum autem in nostra specie, pœna corporalis imponi posset, quia, ut dixi hujus criminis pœna capitalis est, & de probatione non dubitaretur, cum qualitatibus aggravantibus, tum quia Magistratus gravius ceteris delinquit, ut docet Dominus Larrea, dicta decisione 98. numero 2. Tum etiam, quia crimen læsæ majestatis redolebat, propter superioritatem partis læsæ; publicandus erat processus, ne per acta judicii irregularis indefensus condemnaretur; cum per admissionem officii non censatur renunciassè, nec renuntiare potuisse legitimas defensiones, ut latè probat Anton. Gomez, d. num. 33.

Quod amplius fulcitur ex eo, quod modus procedendi in his visitationibus secretis, differt à syndicato præstando per Magistratus finico officio, quod apud nos dicitur *Residencia*, de quo quoad Prætores Hispanos tractant Aviles, Avendaño & Bobadilla, dict. lib. 5. poliit. per totum, & quoad Magistratus Novi Orbis Dominus Solorçano, dicto cap. 8. in princip. ita ut syndicato tempore traditionis capitulorum ex secreta inquisitione resultantium, nomina testium edantur in unoquoque, ut cum

Monte

CONTROVERSIA LXXV.

De libelli famosi crimine proseguendo ex mero judicis officio, etiamsi accusator, qui suam proseguatur injuriam, desiterit.

SUMMARIUM.

- 1 *Transactionis, & pacis effectus, non operantur si accusator desiterit, non quia crimen abolitione extinguere intendit, sed injuriam in publico judicio discuti recusat.*
- 2 *Judex ex mero officio proseguere potest crimen injuriarum.*
- 3 *Injuriarum Judicium publicum est. ibid.*
- 4 *Publica Judicia sunt, in quibus cuilibet de Populo conceditur facultas accusandi.*
- 5 *Delatores, & Fiscales instituti sunt, ut de accusandis reis, ex officii necessitate curent.*
- 6 *Inquisitionis remedium olim extraordinarium, jam ordinarium habemus.*
- 7 *Dominus Don Christophorus Crespi de Valdaura laudatur.*
- 8 *Judices, de Jure Hispano tenentur omnia crimina per inquisitionem perseguere.*
- 9 *Libelli famosi crimen publicum est.*
- 10 *Præcipue si injuria non solum respiciat personam, verum etiam dignitatem.*
- 11 *Injuriarum actio, ad judicia privata spectat.*
- 12 *In judiciis privatis, deficiente accusatore cessat officium Judicis.*
- 13 *Concursus actionum, sive judiciorum præjudicat uni ex eis.*
- 14 *Accusans post inceptum judicium inquisitionis, non potest ei præjudicare.*
- 15 *Actio injuriarum non præjudicat actioni legis Corneliae de sicariis.*
- 16 *Libelli famosi actio potest præjudicari per admissionem judicii privati injuriarum, sed in arbitrio Prætoris est admissio.*
- 17 *Privatus ab accusatione desistendo, non præjudicat Fiscali.*
- 18 *Text. in l. 3. & 7. tit. 13. & leg. 18. tit. 7. lib. 2. recopil. expenditur.*
- 19 *Fiscalis in quocumque judicio admittendus est, etiamsi accusator litem proseguatur.*